

(4) Duo inferiores anguli negari simul non possunt, affirmari simul possunt¹. Quaedam enim uoluptas bona est, item quadam uoluptas non bona est. Simul igitur affirmari possunt, simul negari non possunt. Si enim quaedam uolupta bona est et quaedam mala, negari simul non possunt.

quaedam uoluptas bona est

quaedam uoluptas bona non est

(5) Angulares lineae nec simul negari nec simul affirmari possunt. Si enim uerum est ‘omnis uoluptas bona est’, falsum est ‘quaedam uoluptas bona non est’; item si uerum est ‘quaedam uoluptas bona non est’, falsum est ‘omnis uoluptas bona est’. Simul igitur² affirmari non possunt. Item negari simul non possunt. Non enim negare³ possumus ‘omnis uoluptas bona est’, cum dicimus ‘quaedam uoluptas bona non est’. Negare autem non possumus ‘quaedam uoluptas bona non est’, quia non omnis uoluptas bona est. De duobus angulis, [id⁴ est] primo et quarto [istud⁵] dictum est.

(6) [Item⁶] duae angulares lineae, id est secundae et tertiae, nec simul affirmari⁷ nec simul negari possunt. Si enim uerum est ‘omnis uoluptas bona non est’, falsum est ‘quaedam uoluptas bona est; et e contrario, si uerum est ‘quaedam uoluptas bona est’, falsum est ‘omnis uoluptas bona non est’. Non igitur⁸ simul affirmari possunt. Item simul negari non possunt. Possumus negare ‘omnis uoluptas bona non est’, non autem possumus negare ‘quaedam uoluptas bona est’. Simul igitur negari non possunt: Non omnis uoluptas bona non est, et non quaedam uoluptas bona est.

(7) [Item⁹] de primo angulo et tercio.

Firmato primo, firmatur tertium¹⁰. Si enim uerum est ‘omnis uoluptas bona est’, necessario¹¹ sequitur ‘quaedam uoluptas bona est’.

¹ possunt + Item A

² (i)g(itur) A, ergo P

³ negare + n(on) A

⁴ i(d est) A, om. P

⁵ istud P, om. A

⁶ It(em) A, om. A

⁷ affirmari ... negari P, negari ... affirmari et transportanda indicavit A

⁸ igitur A, ergo P

⁹ Item A, om. P

¹⁰ t(er)tium P, tertium A

Item infirmato primo, non infirmatur et tercius. Si enim dicam ‘non omnis uoluptas bonum est’, non necessario sequitur ut quaedam uoluptas bonum non sit.

Item, e contrario, firmato tercio, primum non firmatur. Si enim dicam ‘quaedam uoluptas bonum est’, non necessario sequitur ut omnis uoluptas bonum sit.

Item negato tercio, negatur primum. Si enim dixero ‘quaedam uoluptas bonum non est¹²’, necessario sequitur ut non omnis uoluptas bonum sit.

(8) [Item¹³] de secundo et quarto angulo.

Firmato secundo, sequitur quartum¹⁴. Si [enim¹⁵] uerum est ‘omnis uoluptas bonum non est’, necessario sequitur ‘quaedam uoluptas bonum non est’.

Item negato secundo, non negatur quartum. Si enim dicam ‘non omnis uoluptas bonum non est’, non necessario sequitur ut non quaedam uoluptas bonum non sit.

Et, e contrario, quarto [angulo¹⁶] firmato, non firmatur secundum¹⁷. Si enim uerum est ‘quaedam uoluptas bonum non est’, non necessario sequitur ut omnis uoluptas bonum non sit.

Item negato quarto, negatur secundum¹⁸. Si enim dicam ‘non quaedam uoluptas bonum non est’, sequitur ‘non omnis uoluptas bonum non est’.

11 Necessario sequit(ur) *A*, seq(ui)t(ur) necessario *P*

12 est + non *P*

13 It(em) *A*, om. *P*

14 quartv(m) *A*, q(ua)rtus *P*

15 eni(m) *A*, om. *P*

16 angulo *P*, om. *A*

17 s(e)c(un)d(u)m *A*, s(e)c(un)d(u)s *P*

18 s(e)c(un)d(u)m *A*, s(e)c(un)d(u)s *P*

Paris lat. 6398 f. 96v

Secunda, quartus (II.4)

Quoddam iustum non est bonum, (IIp)

omne honestum bonum,

quoddam igitur iustum non est honestum. (IIc)

Prima (I.1)

Omne iustum honestum, (Ip)

omne honestum bonum, (Ia)

omne igitur iustum bonum. (Ic)

Tertia, sextus (III.6)

Omne iustum honestum,

quoddam iustum non est bonum, (IIIa)

quoddam igitur honestum non est bonum. (IIIc)

Ic-IIp and Ip-IIc are bound by lines.

Ic-IIIa and Ia-IIIc are bound by contradictoriae.